


M. Jo. Wilh. Strickeri Theses Theologicae : Privatissimis Ucibus Dicatae

Neo-Brandeburgi: Typis Zieglerianis, [1705?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1014491991>

Druck Freier  Zugang





Nr. 65

Physik
NB

KB NB 008.1-47



Verzeichnis der Auctoren und Seiten n. d. B.

Anonymi Briefe von Toppi	759.
von dem Finkenb. der G. d. d. d. d. d.	3 89
von den Hornissen Gändeln	923.
V. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d. d.	891. 901.
Corsica	895
- Joh. Vericus Socinians	859.
Vollführung Spencers	883.
Bartholdi programmata	869
Bröstedt f. d. d. d. d. d. d. d. d. d.	363.
Crüger de peccato in sp. s.	771.
Decovii f. d. d. d. d. d. d. d. d. d.	457
Engelck de preadamitismo	801.
Jans Cantata von d. Bibel	879.
Gerhard Ephraim de conjunctione Phil.	851.
Grap von dem Dyllägen im Grab	791
Greiff's salvisch Kirchengesung	475
- - Strickwitz unter Rusmeyer	589
Wittenen Cassa	665.
Szenck oratorium von J. Geistl. Geistl.	952

Kaysers Oratorium vom König David	931.
Leberecht 613. Jakob und Verbot d. Juden	974
Macke vom Lutherischen Fabel fast	521
Mattheson oratorium 3 p. trinit	940.
Maius vor der allgemeinen Gottesgelassheit	827
Neumeister wider die Union mit den Reformirt	547
Nibbe oratorium passionale	960.
Paschii Acta Remotionis	685.
Pertsch de crimine Simonie	— 1
Pest in Marseille	— 309
Presvori Vorschlag zum neuen Bibellatan	513.
Rambach Eingyr. 2 Cor 4. 16.	405.
— Es. 28 29.	429
Reinbeck Inuestiturfr Luc 2. 15.	392
Reinhold Conuersi/ mittel zur Besehrung d. Juch	911.
Stalkopf Babyr. Ps. 17. 2.	379
Stricker theses theologica	863.
Telemann oratorium von Jephthah	944
— — von Sauls fall	948.

29
863

M. JO. WILH. STRICKERI
THESES
THEOLOGICÆ

PRIVATISSIMIS
USIBUS
DICATÆ.



NEO-BRANDEBURGI,
TTPIS ZIEGLERIANIS, TPOGR. AUL,

Respond. perpetuo
ANDREA HILLIO
Neo - Brandenburgensi,
Scholæ Patriæ hactenus Alumno.





864

CAP. I.
DE
SABBATHO.

- I. Tertium Decalogi præceptum non meras continet Ceremonias Mosaicas, sed maximam sui partem morale est.
- II. Observationem hujus Præcepti præ reliquis fere omnibus Legislator commendavit.
- III. Cultum divinum publicum præcipit jus morale naturale, cum certo tempore & vacatione a labore, qui sacra impedit.
- IV. Publica benefacta Domini publicum in servis exigunt cultum, privata privatum.
- V. Determinatio septimi diei non erat in V. T. mystica, sed Ceremonialis.
- VI. Ut Creationis opus absolutum est septimo die, sic Redemptio generis humani die Dominicæ Resurrectionis peracta fuit.
- VII. Summum V. T. beneficium erat Creatio, potissimum beneficium novi fœderis Resurrectio Christi.
- IIIX. Salvator primo septimanæ die non solum resurrexit, verum etiam Discipulis suis eodem, & præterlapso Octiduo, Thoma adparuit.
- IX. Primitiva Ecclesia ex Christiana libertate primum septimanæ diem in locum Sabbathi Judaici surrogavit, fuitq; hoc institutum adiaphoron totius Ecclesiæ, non exercendum cuilibet privato.
- X. Dies Solis semel destinatus Cultui publico non est a Magistratu Politico tollendus: Cavendum enim, ut ne libertas in licentiam degeneret.
- XI. Sontica Causa subest, quare Dies Solis in Codice N. T. appellatur primus Sabbathorum, ac Dies Dominica 1 Cor. XVI, 2 Act. XX, 7. Apoc. I, 10.

A

XII. Qvi



XII. Qui in Schediasmatis suis de Sabbatho prolixius egit, non ille Anti-Sabbathicorum patrocinium suscepit. Neq; iisdem patrocinatus est Confessor veritatis Nicolaus Clemangius, quam de non instituendis novis Celebritatibus tractatum suo seculo condidit.

CAP. II.

DE

FESTIS & CELEBRITATIBUS.

- I. **F**estorum in Ecclesiam DEI pio Consilio introductorum solennitates non sunt abrogandæ.
 - II. Festa Christianorum plurimum habent Commodi, nihil incommodi.
 - III. Festorum solemnia DEO nequaquam displicent.
 - IV. Festa v. t. erant juris Ceremonialis divini, in n. autem t. sunt juris Ceremonialis Ecclesiastici.
 - V. Institutio Festorum, eorundemq; abrogatio totius est Ecclesiæ.
 - VI. Nec instituere Festa Romanum oportet Pontificem, nec abrogare comperit Magistratui Politico.
 - VII. Nullo modo laudendus est articulus de Christiana libertate.
 - IIIX. In Patriarchali & Mosaica Ecclesia viguit ante Festorum celebratio, quam Lex divina de Celebritatibus Judaicis promulgaretur.
 - IX. DEus in instituendis feriis gentilium mores non est imitatus.
 - X. Non celebramus festa vel ex superstitione, vel ex opere operato.
 - XI. Christi incarnati, nati, passi, mortui, sepulti, resuscitati, & in cœlos eVecti beneficia omni tempore recolimus.
 - XII. Nihil tamen impedit, quo minus Christi Incarnationem, nativitatem, passionem, resurrectionem & ascensionem, statim temporibus & anniversariis festis, altius pectori infigamus, Deumq; pro istis & ejusmodi aliis benefactis in publico cœtu uno ore concelebremus.
-

CAP.



- I. **A**B Irenicis non est exercenda pietas in detrimentum Veritatis.
- II. Non damnamus integras Ecclesias; In fundamentalibus vero articulis a nobis dissidentium perveria dogmata ex toto pecciore averlamur.
- III. Fallunt & falluntur vehementer, qui in sequiorem partem rapiunt tritum istud: Quilibet Princeps in sua regione Iapa est.
- IV. Bracchium seculare ne sit obstaculo defendentibus & asserentibus veritatem.
- V. Quisquis Rigorem cœlestis veritatis in statu confessionis sedulo & sollicito observat, non lædit ille jura Episcopalia.
- VI. Sola Pietas non est unicum fundamentum veræ concordia; veriq; consensus.
- VII. Ex lituio pacis confessio privata non est abroganda.
- IIIX. Adiaphora nostræ Ecclesiæ non sunt mutanda in gratiam adversariorum illud inique flagitantium.
- IX. Arcentur merito adversarii ab aris Lutheranorum.
- X. Exemplum Christi non præcipit mutuam Orthodoxorum & heterodoxorum tolerantiam.
- XI. Irenicos prius oportet examinare dogmata, tum devenire ad adiaphora.
- XII. Plerasq; lites ac controversias novissimus demum dies dirimet.

- I. **N**on adinstar Ecclesiæ Apostolicæ Lutherani & Calviniani eodem & eadem anima esse possunt.

II. A

- II. A venerando Luthero recte denominamur Lutherani, neq; in gratiam mutui Consensus denominatio illa tollenda.
- III. Sub Evangelicorum & Apostolicorum titulis latere hæretici ad unum omnes percipiunt.
- IV. Reformatos in expediendis controversiis missuros esse rationis decempedam, promissio fuit in hunc diem de impossibili, quæ æquipollet neganti.
- V. Symbolum Apostolicum non est omnium Credendorum, uti Lex agendorum, summa.
- VI. Articuli fundamentales secundî ordinis e numero articulorum fundamentalium ne eximantur.
- VII. Disputationes Theologicas pro carnaliter eruditorum altercationibus habere, & ab amore & a veritate alienissimum.
- IIIX. Non sentiendum modo, sed etiam loquendum est cum matre Ecclesia.
- IX. Et mens & Lingua sit Lutherana.
- X. Elenchus Doctrinalis æq; ac moralis usurpetur in utraq; Cathedra.
- XI. Uti Papismus sic & Calvinianismus hæctenus est irreconciliabilis.
- XII. Ovile unum & grex unus de Ecclesia ex Judæis & Gentibus colligenda rectissime intelliguntur.

CAP. V.

DE

EODEM ARGUMENTO.

- I. **V**eritatis patrocinium pio suscipere Zelo non est pharisaicus fastus.
- II. Sacer denarius & Exorcismus nihil mali possident,
- III. Cantelis instruere aras non est ridiculus, sed piissimus ritus, & plane innocuus.
- IV. Cœnæ autor in primæva institutione nec Crustula usurpavit, nec fermentatum panem.

V. Opti-



- V. Optimus est Philosophus, qui placentulas Orbiculares veros esse panes ex veri definitione panis colligit.
- VI. Baptismus a foemina in necessitatis Casu rite collatus, omnino efficax est & legitimus.
- VII. Corpus ac Sanguis Christi non corde tantum, sed ore etiam in Sacramento sumuntur.
- IIIX. De abrogandis feriarum celebritatibus non politice sed theologice sentiendum.
- IX. Lutheranorum dividendi Decalogum ratio Codici sacro propius accedit.
- X. Studium Irenicum a Syncretismo plerumq; parum aut nihil differt.
- XI. Non sunt facienda mala, ut inde eveniat bonum.
- XII. Florentissimus Reipublicae Christianae status res voti potius est quam facti.

866.

CAP. VI.

DE

MINISTERIO ECCLESIASTICO.

- I. Ministerium Ecclesiasticum est divinae institutionis.
- II. Idem Clericatus sacer est, Venerabilis, & legitime adpetendus.
- III. Panto-Christianismus summo jure intenditur & urgetur.
- IV. Male & non sine summo crimine improbatur Theologia systematica.
- V. Religio Christiana sine obligatione, Ordine, ac patrocinio veritatis consistere nequit.
- VI. Sacri officii partes ex praescripto instituentis sunt propagare doctrinam Evangelicam, a peccatis absolvere, porrigere Sacramenta, & animas sollicitè curare.
- VII. Munera ista sunt constanter in Ecclesiis nostris servanda.
- IIIX. Theologiae Professorum munus a functionibus Clericorum prorsus discrepat.

IX. Ab-



- IX. Abhorret a veritate cœlesti, tollere in N. T. cultum divinum publicum.
- X. Quemadmodum in scripturis analogia fidei valde commendatur, ita Ecclesia Orthodoxiam in deliciis habet.
- XI. Constitutiones Ecclesiasticæ in Ecclesiis, uti politicæ in rebus publicis, requiruntur.
- XII. Disciplinæ Ecclesiasticæ, quæ Sacrarum paginarum nititur auctoritate, suis constare honor sua dignitas debet.

CAP. VII.

DE

TERMINISMO.

- I. **G**ratia divinæ Vocationis seria est & universalis.
- II. **D**eus peccatori, minimum in Ecclesia, revocantem gratiam, quoties labitur, tones promittit.
- III. Verbum & Sacramenta sunt salutis nostræ efficacissima admicula.
- IV. Pœnitentia seria nunquam est sera.
- V. Seram pœnitentiam non usq; quaq; veram esse largimur ambabus.
- VI. Amplissima divinæ liberalitatis munera in curtam supellectilem iniquissima ratione convertuntur.
- VII. Charybdin securitatis & desperationis Scyllam pari passu ambulare magno consensu orthodoxa confitetur Ecclesia.
- VIII. Ne ponantur limites misericordiæ infuitæ.
- IX. Vitæ periculum, quod omni momento imminet, defugienda securitate in negotio salutis, satis nos admonet.
- X. Hodie in hoc articulo omne vitæ humanæ patium significat.
- XI. Porta gratiæ non ante clauditur, quam Colophon additur venli fabulæ.
- XII. Qui e nostratibus ante mota certamina liberius forte ex pio Zelo locuti sunt, benigniorem merentur phrasium homileticarum interpretationem: Theologia enim homiletica non est aeromatica.

CAP.



867

CAP. IIX.
DE
PIETISMO.

- I. Pietas ad omnia utilis.
- II. Infucata Pietas nihil derogat veritati.
- III. Ubi nulla Veritas, ibi nulla Pietas.
- IV. Modo ne multorum Pietas pietatis potius simulacrum sit.
- V. Nova omnia moliri in sacris, & antiqua spernere, piorum est an impiorum?
- VI. Dilacerare convitiis Academias & turpare Matrem Ecclesiam multis modis, piumne ac Lutheranum nuncupabis?
- VII. Novellos agere Reformatores Ecclesiae Lutheranae, ac adversariis cedere citra fonticas caustas, a vera pietate remotum esse quisq; piorum arbitratur.
- IIIX. Examinare levissima in aliis coetibus, & praeterire graviora in suis, ecquid aliud est, quam veniam dare Corvis, & censuram vexare columbas?
- IX. Qui invehuntur in vitia, errores insuper habent ac facile tolerant, Colantur ab iis Culices, & deglutuntur Cameli.
- X. Non citra jactantiam asseritur, Renatos in hac Vita prope accedere ad perfectam divinae Legis impletionem, a qua procul omnino absumus.
- XI. Confundere Legem cum Evangelio & Justificationis ac Renovationis articulum, est summa injuria afficere meritum Optimi Salvatoris.
- XII. Librorum Symbolicorum quotusquisq; elevat autoritatem, pii nomen ille non meretur, cum facem praeferat omni nequitiae.

CAP. IX.
DE
CHILIASMO.

- I. **U**Na eademq; est universalis omnium mortuorum Resurrectio.
II. Quod-

- II. Quodcumq; præter triplicem adventum Christi, excogitatur novum adventandi genus, fanaticorum fabula est dudum explosa.
- III. Omnis Chiliaismus, quocumq; demum veniat nomine, rejicitur in articulo XVII. Augustanæ Confessionis.
- IV. Solennis Judæorum in patriam terram reductio ante novissimum diem frustra expectatur.
- V. Novissima tempora pessima tempora!
- VI. Damnatorum Cruciatu erunt æterni, nec unquam finientur.
- VII. *Ἰσὺ πάντων ἀποκατάστασις* nullum præbet patrocinium errantibus.
- VIII. Completo Scripturarum Canoni nihil est addendum.
- IX. Adparitiones, & quotquot vulgo circumferuntur Ecstases, Raptus, Visiones, mentis humanæ ludibria esse, eventus passim edocuit.
- X. Taceat Mulier in Ecclesia.
- XI. Quicquid a Joële prædictum est de futuris in Ecclesia prophetiis, ejus equidem vaticinii complementum inter initia N. T. extitit.
- XII. Clarissima scripturæ litera omni alia revelatione præstantior est ac fortior.

CAP. X.

DE

NOVO FANATICORUM PURGATIONE.

- I. **P**aradisus non notat solum animarum post fata quietem, sed sempiternæ simul recreationis fruitionem.
- II. Non essentialiter Christum induimus in Baptismatis lavacro, sed imputative.
- III. Christus intercedit pro viventibus non pro mortuis, nec pro defunctis orandi licentiam Christianis indulgit.

IV. Evan.



- 868
- IV. Evangelium equidem prædicatum est omnibus Creaturis, sed actu damnati ex isto numero eximuntur.
- V. Non mittuntur hodie ad inferos, qui illic existentibus Evangelium prædicent.
- VI. Vitæ æternæ gradus non sunt Classes, in quibus beati ab inferioribus ad superiores pergunt.
- VII. Salvator non in morte ad inferos descendit, sed superatis deum doloribus mortis.
- IIIX. Neq; in nobis descendit, vel nos in eo ad inferos descendimus.
- IX. Animæ Hominum non mutabuntur olim in Angelos.
- X. Eadem a Corporibus separata non purgantur a Christo per Baptismum flaminis,
- XI. Sed a momento discessus a corporibus beantur, Deumq; vident ante diem Judicii.
- XII. Pontificios in doctrina de Purgatorio excedere fatemur; Lutheranos autem circa idem dogma peccare in defectu perne- negamus.



802

IV. Evangelium quidem praeferuntur omnibus Ceteris. sed
 ad hunc usque numerum examinatum.
 V. Normam huiusmodi ad inferos, quae illis existantibus Evange-
 lium praeferunt.
 VI. Vix aequae gradus non sunt Classis, in quibus praesentibus
 non praesentibus praeferunt.
 VII. Salvator non in morte ad inferos delatandis, sed in praesentibus
 auctoritate praeferunt.
 VIII. Vix a nobis delatandis, vel nos in eo ad inferos delatandis
 auctoritate praeferunt.
 IX. Quia Humanitas non in inferis, sed in Aeternis
 X. Ex huiusmodi Corporibus, quae non praeferuntur Ceteris per ha-
 bitum praeferunt.
 XI. Sed in inferis de illis a corporibus praeferuntur. Praesentibus
 deus autem deus in inferis.
 XII. Praesentibus in inferis deus in inferis praeferuntur. Praesentibus
 etiam non aequae gradus non sunt praeferuntur in inferis prae-
 feruntur.



